



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

vi. De clerico egrota[n]te vel debilitato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

ferendo, ne subtrahito. per procuratorem defer-  
uire ne valet.

In acquirenda possessione secus esto. Clericus <sup>24. Ac-</sup>  
enim absens per alium, vel alius magis pro ipso <sup>cedens.</sup>  
de beneficio ecclesiastico rectè inuestitor.

*De clerico agrotante vel de-*  
*abilitato. Tit. 6.*

Clericum ad percipiunda ea quæ ab ecclesia <sup>1. Cū per-</sup>  
consueta sunt eius ægritudo ne impedito. <sup>cusio.</sup>  
secundum eius ordinem quæcunque ei, si sanus  
esset, ministrarentur, de eo quod ecclesiæ acce-  
dere possit agrotanti ministrantor.

Rectoribus tamen ecclesiarum, qui lepræ ma- <sup>3. De re-</sup>  
cula infecti nec altari seruire, nec sine magno <sup>ctoribus.</sup>  
scandalo eorum qui sani sunt ecclesias ingredi  
poterunt, coadiutor dator. Is curam animarum  
habeto. De facultatibus ecclesiæ ad sustentatio-  
nem suam congruam portionem recipito.

Leprosus enim ab administrationis officio re- <sup>4. Tua</sup>  
mouetor. Olli iuxta facultates ecclesiæ necessa- <sup>nos.</sup>  
ria quamdiu vixerit ministrantor.

Episcopo quoque, si fontico & incurabili <sup>5. Ex par-</sup>  
morbo per longum tempus laborasit, nec pa- <sup>te.</sup>  
storale officium vllatenus exercere poterit, cui-  
bus maxumè petentibus coadiutorem virum  
prouidum & honestum, ex Ro. tamen pontifi-  
cis mandato, archiepiscopus ad sociato. per hūc  
tam episcopo quàm populo vtiliter consulitor.  
Ipsū verò episcopum ad cessionem ne com-  
pellito.



## De institutionibus.

pellito.

6. *consultationibus*

Sic & archidiacono, aut alii, si fortè morbo paralytico laborans officiū linguæ amiserit, coadiutor dator, adhibetor.

2. *Presbyterum.*

Immo & presbyter cui duo digiti cū medietate palmæ abscissi erunt sacrum ne facito. sanè cæteris sacerdotalibus officiis fungitor.

### De institutionibus. Tit. 7.

3. *Ex frequentibus*

Clerici ecclesiastica beneficia sine consensu episcopi diocesani officialiūve eius qui hoc de iure possunt ne recipiunt. Si qui taliter occupata detinent, detinebunt: in eos excommunicationis sententia rectè profertor. ab ea, nisi satisfacient, ne absoluntor.

6. *Cum venissent.*

Ecclesiarum enim vacantiū custodia & personarum institutio ad episcopum in sua diocesi spectato. Si cui tamen hæc dignitati de consensu capituli sui duit: qui eam dignitatem habebit is eo iure utitor. Quòd si personæ hæc episcopus concesserit: ea defuncta episcopus licitè tantquam sua retinetor. sed & si persona hæc abiurasset, idem esto. Dignitati verò concessione facta, abiuratione personæ nihil iuris utilitatisve episcopo accedito.

7. *Cum ad nostram.*

Is qui ecclesiæ præerit dignitates quarum ad ipsum donatio pertinebit à seipso aliòve recipere nequit.

5. *Ad de eorum.*

Item nec sanctuariū dei iure hæreditario possidetor. Episcopi in ecclesiis suis certæ tantum nationis clericos ne conlocanto, viros literatos